

lium. 3. non species visibilis alterius formam & gestus repræ-
sentans contra Servetianos. 3. intelligens E. non lapis. non
brutum.

XXIV.

4. Incommunicabile E. alteri personæ communicari (sic-
ut essentia) non potest, Dico alteri personæ, alioquin est com-
municabilis naturæ, sicut persona τὸ λόγος communicat su-
am subsistentiam humanæ naturæ. 5. non sustentatum ab alio.
Ergo subsistit se ipso incommunicabiliter. Unde sequitur,
quod humana Christi natura etiam si est individua substantia,
intelligens, incommunicabilis, tamen non habeat rationem
personæ, quia per se nunquam habuit distinctam substantiam
extra filium Dei, sed sustentatur in alio, videlicet in personæ
τὸ λόγος.

XXV.

Est vero observandum, quod licet Personæ vocabulum eo
maxime sensu, quo hac in doctrina eo uti solemus, sacris in-
literis minimè repèriatur, rem tamen ipsam clarissima habere
scripturarum fundamenta. Idem enim ac συνώνυμον planè
vocabulum Epistola ad Hebr. suppeditat, nominans Filium
ἀπαύγασμα τῆς δόξης τῆ πατρὸς καὶ χαρακτῆρα τῆς ὑπο-
στάσεως αὐτῆ. Nam ὑποστάσεως vocabulum non pro οὐσίας
live essentia divina supponere, uti Scholastici loquuntur: sed
de ijs quæ personæ sunt debere intelligi manifestum est.

Cap. 1. v. 3.

XXVI.

Unde ita progredimur: Ratione eius inter Patrem &
Filium est mera identitas, secundum illud filius non est imago
Patris, quippe quæ aliquā differentiam requirit. At ratione
ἰσῆς inter Patrem & Filium est mera identitas. E. secundum
ἰσῆαν Filius non est imago Patris.

XXVII.

Vir Reverend. & Clariss. D. Balth. Meisne. Præceptor &
fautor meus summa observantia colendus ita procedit: Apo-
stolus, inquit, Christum vocat Characterem. At cuius? Vides
de cor-